

Non obstat postremo, quod actum fuerit ex remedio quorum bonorum, quod non competit nisi in bonis possessis per defunctum de tempore ipsius obitus, & domus, de qua agitur, num fuerit possessa per Octavium tempore mortis illius secuta anno 1627. ex quo vendita jam fuerat Marco Antonio, durante ejus vita, qui obiit de an. 1633. Quia cum per obitum dicti Antonii reversa fuit ad hereditatem, eoque titulo delata ad Lælium prætenfum hæredem universalem, à quo successive possessa fuit, ac demum anno 1639. translata in Joan. Franciscum Attavantem; Ideo jure merito comprehensa fuit sub illo judicio universali contra eum intento, ac sententia subinde prolata Summ. Francisci sub n. 2. ut bene Menoch. de adipiscen. poss. remed. 1. sub n. 71. versic. verum opinor, & vers. hic casus fortius procederet, per text. in l. 4. ff. petit. heredit. quem etiam in hoc remedio locum habere affirmat.

Quæ opponuntur per Attavantem legitimatio- ni personæ Francisci fuerunt aliàs rejecta prævia approbatione decisionis super ea emanatæ 7. Februarii 1641. coram R. P. D. meo Roja, cujus fundamenta visa fuerunt adhuc inconcussa vigere, cum præsertim ille reperitur in quasi possessione filiationis, non solum quo ad Horatium ejus patrem, sed etiam quoad Octavium, de cujus hereditate agitur, & Lælium ejus patruos, à quibus semper fuit habitus, & tractatus pro tali tam in judicio, quam extra. Regulariter enim filiatio alicujus, & legitimus probatur per communem reputationem, & quod pro filio fuerit habitus, & tractatus, cum ista in hac materia sufficiant, juxta text. in cap. per tuas de probat. Menoch. consil. 490. n. 18. Cæsar. de Grass. dec. 6. nu. 2. qui fil. sint legit. Rot. dec. 406. n. 5. & decis. 434. nu. 7. p. 1. recent. & cum plura alia ad istum effectum in dictis decisionibus R. P. D. mei Rojas fuerint ponderata, quæ deficiunt in Farsen. Bonorum 23. Januarii 1647. coram R. P. D. meo Corrado, pro Attavante allegata, utique illa Francisco Gratiano non adversatur. Et ita &c.

## DECISIO XLVII.

R. P. D. VEROSPIO.

Alatrina Testamenti.

Veneris 26. Februarii 1649.

## SUMMARIUM.

- 1 Testamentum ad pias causas, solemnitates non requirit, & nu. 4. Ad pias causas quando dicantur, n. 2. Confessione Testatoris, & depositione unius testis, probatur, num. 8.
- 3 Scriptura carens Testibus, & Notario, est imperfecta, Testamenti est recognoscenda per Testes signationi intervenientes, num. 6. Declara ut num. 7.
- 5 Testamenti traditio facta Notario, qualiter probetur.
- 9 Statutum de solemnitatibus, in Testamento adhibendis, non militat in testamento ad pias causas.

Laurentius Cæsius, in testamento, propria ipsius manu conscripto, ac gentilitio familiarum stemmate signato, duas Cappellanas, sub amplissima dote, favore Pronepotum, & Abbatis Sancti Angeli Terræ Fumonis, constituerat, & ad

alteram patrocinio Divi Francisci pariter erigendam, Archipresbyterum ejusdem Terræ pro tempore existentem institui mandaverat, ipsumque universalem sibi, hoc onere, scripserat hæredem, ut bis in hebdomada, in sui suffragium, sacrum Christi corpus immolaret, ac Capuccinæ familiæ viros proprio exciperet hospitio. Quod postmodum testamentum, septem sigillis, totidemque Capuccinorum subscriptionibus in exteriori parte munitum, Gregorio Blondo Notario consignavit asservandum. A cujus Notarii prædefuncti consanguineo, post ipsius Laurentii obitum, coram Governatore Alatrina Civitatis exhibitum, ad instantiam Archipresbyteri hæredis instituti, duobus fuit testibus recognitum, notum sibi Testatoris characterem, atque sigillum deponentibus, & in Alatrina Civitatis archivio reconditum. Indè verò, cum Bonifacius Cochus, modernus ejusdem Terræ Archipresbyter in authenticam formam, prævio Judicis decreto, extrahi curasset, ac coram Auditore Cameræ produxisset, immisionis deinde sententiam reportavit, contra pronepotes Laurentii, uti prætenfos, ab intestato hæredes, ac bonorum universalium Detentores. Ad quorum instantiam, & delata mihi causa dubium proposui, an ex hac dispositione Laurentii, Juris civilis solemnitatibus destituta, Bonifacio debeatur immissio, & Domini affirmativè responderunt; Quia dum illa perfectam, & absolutam Testatoris continet voluntatem, ad pias causas ordinatam, licet nullis juris civilis solemnitatibus fulciatur; ejusdem tamen, favore causæ piæ, sustineatur, ex dispositione text. in cap. relatum, de testamentis, & notant ibi DD. communiter, & Aub. quod sine Cod. de testamentis, ejus dispositione, licet de testamento inter liberos sancientis locum obtinere in testamento ad pias causas ordinato, comprobatur Corn. in consil. 307. num. 67. ubi de communi quoque DD. sententia attestatur Clar. in §. testamentum qu. 6. nu. 1. Card. Mant. de consuet. ult. vol. lib. 6. tit. 3. nu. 4. Magdal. de num. testium in testamento requisit. p. 2. c. 1. n. 28. & cap. 3. n. 2. & pluries respondit Rot. coram Caval. decis. 553. num. 1. cum seqq. & 553. nu. 2. part. 1. & decis. 74. num. 12. part. 2. divers. coram Buratt. 475. num. 1. cum seqq. & dec. 721. nu. 4. p. 2. recent. & de magis recepta, ac veriori DD. sententia in decis. 311. n. 2. part. 4. recent. & immisionis beneficium consequi debet notant DD. in adducta leg. ultim. Cod. de edict. Menoch. de adipiscen. rem. 4. nu. 372. & in terminis testamenti ad pias causas tradit Argel. de acq. poss. quæst. 6. art. 9. num. 163. & 172.

Hanc verò dispositionem ad causas pias ordinatam fuisse à Laurentio, ex eo convincitur, quod majorem substantiæ partem pro constituendis, dotantisque Capellis prædictis mandavit erogari, & Cappellanum S. Francisci (nullius) certa persona specialiter contemplata) instituit hæredem, sub onere sacrum peragendi bis in hebdomada, & assidue Capuccinos hospitio recipiendi; cum exinde patrimonium universum, in propriæ animæ suffragium, ac in causam proinde piam, dignoscatur destinasse, ad text. in cap. requisitis de testamentis, notat gloss. in cap. 2. de sepult. Tiraquel. de privil. piæ causæ in præf. §. quod adeo verum est, Magdal. de numero test. part. 2. cap. 2. n. 38. & 39. Rot. coram Cæsar. de Grass. dec. 4. de testam. & aliis recentis auct. notant Add. ad decis. Buratt. 475. num. 17.

Hinc non urget, quod scriptura prædicta testibus careat,

## Ad materiam de Alim. Decis. XLVII.

- 3 careat, rogiturque Notarii, & ac proinde debeat imperfecta reputari, juxta consil. Rolan. 32. n. 29. lib. 2. Alex. consil. 84. vol. 5. Ruin. consil. 12. n. 5. vol. 2. Affl. dec. 245. nu. 9. Cum testium solemnitas non requiratur in testamento ad pias causas disposito, & ac propria Testatoris manu scripto, atque subscripto, ut notant Doctores in l. si is qui n. 6. ff. de testamentis, ubi inter cæteros Aret. n. 2. Imol. n. 6. & in cap. 2. n. 21. eod. tit. Covar. in cap. relatum n. 12. de testamentis, & de communi testatur Menoch. in consil. 224. nu. 57. Tiraq. de privil. piæ causæ privil. 4. Rot. decis. 557. n. 3. part. 1. divers. Neque ad ipsius substantiam rogitus Notarii necessarius reputetur, ut notat idem Imol. add. n. 6. Covar. prædicto n. 12. Roman. in aub. similiter n. 53. Cod. ad l. falcid. Alex. consil. 4. n. 10. lib. 7. Cast. in consil. 25. n. 2. lib. 2. Tiraq. de privil. piæ causæ privil. 6. in princ. versic. fallit, quem tamen in ipsius consignatione scripturæ, adhibuit fuisse probatur ex testibus super eodem rogitu formiter examinatis, ac deponentibus eundemmet Laurentium, dum viveret, scripturam tradidisse Notario, septem intervenientibus testibus, in ipsius exteriori parte subscriptis, & quibus de rogitu attestantibus adhibendam esse fidem notant Doctores in l. 2. Cod. de bon. poss. secundum tabul. Bald. in l. comparationes n. 2. in 3. notabili C. de fid. instr. Alex. consil. 47. n. 4. vol. 2. Surd. consil. 414. n. 24. Grass. in §. testamentum qu. 58. nu. 6. ubi ex communi DD. sententia Notarii rogitum, duobus asserit testibus posse justificari.

Neque eidem scripturæ obijci potest, quod non fuit solemniter recognita per eundemmet testes, & qui ipsius consignationi interfuerant, seque subscriperant, juxta text. in l. hac consultiissima C. de testamentis, ubi Doctores & in l. 2. C. quemad. testam. aper. & notatur per Gloss. in l. ult. in verbo depositionibus C. de edict. cum aliis relatis per Menoch. de arbit. lib. 2. casu 114. n. 3. ac seqq.

- 6 Quia hæc recognitio formalis licet adhiberi debuisset pro sustinendo testamento, favore cujusque instituti, in scriptis condito, & in quibus terminis militat auctoritates in contrarium deductæ, & conclusionem procedere declarat Gloss. in adducta l. final. C. de edict. in verbo depositionibus. vers. quod dicit. Non tamen necessaria reputatur in scriptura ad pias causas, Disponentis manu firmata, quæ duobus potuit testibus recognosci, super nota sibi testatoris manu, formiter examinatis, ut tradit Grass. in §. testamentum qu. 16. n. 10. in §. fin. autem, & plures alii relati per Moder. Rom. discept. forens. c. 895. n. 3. & de stylo curiæ in hoc Tribunali recepto attestatur Rot. coram Put. dec. 18. de fide instr. Rot. dec. 553. n. 1. p. 1. & 124. n. 2. p. 2. divers. coram Caval. 553. n. 1. coram Buratt. 475. n. 5. & 6. & in Callien. hereditatis I. Julii 1639. coram Reverendissimo Terracinen. dum maxime non constat testes recognitione subscriptos in loco judicii adfuisse, & plura concurrunt adminicula, tum ex congrua ordinatione scripturæ deducta, tum ex appositione sigilli testatoris elicitæ, tum ex consignatione ipsius facta Notario, tum ex Testatoris asseritione, & dum ageret in humanis, quod suum ultimum testamentum ipse condiderit, unius depositione testis comprobata, ex quibus adductam recognitionem reddi indubitatum respondit Rota in add. dec. 124. nu. 4. part. 2. divers. & coram Caval. 553. nu. 3. & coram Buratt. decis. 475. sub num. 6. & notant ibi Add. sub littera E.
- 8 Neque obstat dispositio statuti Urbis lib. 1. c. 42.

juris solemnitates exquirens in testamento, in Urbis districtu confectis. Præterquam enim non justificatur locum conditi testamenti in Urbis districtu consistere prædictum statutum, non obtinet locum in dispositione ad pias causas, sancita sola Juris Divini, & ac sacrorum Canonum solemnitate terminanda, juxta text. in cap. relatum de testamentis, & notant ibi Doctores & in cap. cum esses eodem tit. Ruin. consil. 71. n. 18. vol. 3. Magdal. de numero test. part. 2. cap. 1. nu. 14. & respondit Rot. coram Penia decis. 166. n. 2. & coram Caval. 553. nu. 5. & in Romana hereditatis 29. Octobris 1616. & in alia Romana hereditatis 5. Martii 1636. coram Motmano, in quibus hujusmodi testamenta, etiam sine solemnitatibus statuti, approbantur ut valida.

Et ita utraque parte decisum.

## DECISIO XLVIII.

R. P. D. CORRADO.

Calaritana Juris visitandi.

Lunæ 21. Maii 1649.

## SUMMARIUM.

- 1 Executores testamentarii rationes administrationis reddere tenentur. Rationes reddunt coram Episcopo, n. 4.
- 2 Legatum ad opus pietatis directum censetur pium. Pro studio Theologiæ dicitur pium, num. 3.
- 5 Episcopus litigans cum Magistratu executoris evadit incompetens. Suspectus cum adjuncto recipit rationes, & ad Curiam transmittit, n. 8.
- 6 Judicis arbitrio remittuntur causæ suspicionis.
- 7 Clausula, quam, & quas, in commissione emergentis extenditur ad merita.
- 9 Conc. Trid. sess. 24. de reform. non habet locum quando proceditur in forma judicii.
- 10 Prælatorum documenta à Populis reverenter sunt suscipienda.
- 11 Saucius vino, & oleo curandus est.

Intendens Reverendissimus Archiepiscopus Calaritanus, tanquam piorum operum Visitator, exigere rationes executionis legati per quondam Michaellem de Cervilione ordinati, in quo nonnulla ejus bona vendi, pretiumque ex eis redigendum in emptione censuum, quorum annui redditus pro dimidia Juvenibus, in Seminario ejusdem Civitatis educandis, altera verò dimidia aliis Clericis sacris ordinibus insignitis, qui Theologiæ studiis biennio incubuerint, ac ad Urbem ea profecturi velint accedere, distribuantur, erogari mandavit, & prout latius in ejus ultimo legitur testamento. Ad quosdam actus judiciales processit contra Executores præfatæ dispositionis ab ipso Testatore ibidem deputatos. Verum, interposita, eorum nominibus, ad Sanctiss. D. N. appellatione, causa Rotæ commissa fuit, quæ hodie, re maturè discussa, resolvit illos teneri rationes reddere.

Quia certum est, Executores etiam testamentarios ejusmodi oneri obnoxios esse, quoad ea, & quæ illorum curæ, atque administrationi commissa fuerunt, l. nulli, ibique no. Odofred. & alii C. de Episcop. & Cler. Clem. Quia contingit §. Ut autem præmissa versic. Illi etiam de Relig. Domib. Specul. part. 2. in sis. de instrum. edit. §. nunc vero

aliqua sub nu. 45. versic. sed simplex Commissarius, seu Executor, &c. Bald. in auth. sed cum testator sub n. 23. vers. licet teneatur C. de Episcop. & Cler. Fulgol. consil. 75. ex facto proponitur sub n. 3. vers. nam ex officio executionis, Capel. Tolos. q. 46. Grassi. in §. executores ultimatum voluntatum q. 7. Escobar. de ratiocin. c. 3. n. 18. vers. Item executor testamenti, &c. Rot. penes bo. me. Card. Cavaler. dec. 18. n. 6. versic. & in terminis, & in Rom. pecuniar. 14. Decembris 1646. coram me in §. Justitia vero, versic. siue consideretur, ut simplex executor testamentarius, &c.

Quoniam verò in proposito casu agitur de legato ad causas, operaque pia instituto, non solum attentis verbis Testatoris, quia eadem usus fuit denominatione, ibi, servasam per l'obra pia infinita, cies la myetat per tants subietes convictors del Seminario &c. fed inspecto fine ad quem fuit ordinatum. Tum in ea parte, quæ respicit commodum, ac sustentationem educandorum in Seminario, in quo Juvenes Clericali tonsura initiati, rudimentis fidei, Ecclesiasticisque disciplinis, ac bonis litteris, à personis Ecclesiasticis instruuntur, ut deinde sublimioribus studiis addicti, majores in dies fructus, in Ecclesia Dei, & Christiana Republica producere valeant; quare merito hujusmodi Collegia, in quibus hæc pietatis opera exercentur, inter loca pia recenseri solent, Episcopali que Jurisdictioni regulariter subijciuntur: Ac proinde legatum quoque ipsum pium & censeri debet tanquam ordinatum in causam ad opus pietatis, & charitatis directam, ad text. in cap. 1. & in cap. quia nonnullos de Magistr. ac in auth. habita versic. dignum namque existimus C. de fil. pro patr. & explicat Navar. in tract. de reddit. Eccles. q. 1. monit. 26. sub n. 3. versic. quare talia sunt, & infr. versic. ex hac radicali resolutione, ac seq. Alex. Monet. de commut. ult. volun. cap. 4. sub nu. 45. versic. relictum quoque &c. comprobatur Paul. Fusc. de visit. lib. 1. c. 15. à n. 3. versic. exinde utile semper fuit cum seqq. Tum etiam in altera parte beneficium eorum, & qui Sacra Theologiae studiis incumbunt concernente, cap. fin. de Magistr. & comprobatur ex Sac. Concil. Trid. sess. 5. de reform. c. 1. Tiraq. de privileg. piæ caus. in præfat. sub n. 6. vers. Item relictum causa studii. Menoch. præf. 115. num. 20. versic. undecimum est exemplum lib. 4. Navar. d. monit. 26. sub n. 3. versic. quamobrem studia Theologiae Monet. sub d. n. 45. cum aliis relatis per Modern. Roman. discept. 62. n. 3. vers. stante præsertim, &c. & seq. Quod sanè testamentum intentioni apprimè congruit, qui pro suffragio eorum animæ, ita disposuisse censetur, ut benè advertit Navar. dict. monit. 26. sub n. 4. versic. è contrario vero &c.

Propterea tenentur Executores piarum hujusmodi dispositionum administrationis eorum & rationes ipsis locorum Episcopis reddere, quibus officium hoc specialiter est demandatum, tam per Sac. Canon. in cap. nos quidem cap. si hæredes c. tua nobis c. pen. de testam. & in d. Clem. quia contingit in fin. princip. versic. in quo si forte & in d. §. Ut autem præmissa versic. illi etiam de relig. domib. quam ejusdem Sac. Concil. Decretis sess. 22. de reform. c. 8. & 9. & probatur etiam sess. 24. eod. tit. cap. 3. in vers. ne ve ipsi, aut quisquam suorum, ibi, pro visitatione etiam testamentorum ad ipsos usus, &c. Idemque civilibus quoque legibus receptum fuit in auth. de Ecclesiast. titul. in §. si quis adificationem, & in §. si quis autem pro redemptione captivorum, versic. in omnibus enim piis voluntatibus, & in auth. de Sanctiss. Episcop. in §. Oe-

conomos. Bald. in l. si quis ad declinandum sub n. 19. ad fin. vers. & de isto benè potest se introumittere Episcopus, & in l. id quod pauperibus n. 39. vers. nunc venio ad quintum, C. de Episcop. & Cler. Gemin. consil. 139. sub n. 9. versic. quod autem executores. Didac. in d. cap. tua nobis sub nu. 7. versic. quibus hic canon obstat. de testam. Alvar. Valaf. consult. 105. sub n. 58. versic. ex quo infertur & seq. Didac. Spin. in specul. testam. glof. 28. princip. sub n. 19. versic. hinc fit quod Episcopus &c. Joan. Franc. Leon. in thesaur. for. Eccles. p. 2. c. 2. sub n. 82. versic. vigesimo primo possunt etiam Episcopi, Rot. decis. 355. sub n. 1. p. 1. recent. & in Uladislavien. administrat. 30. Maii 1646. coram Reverendiss. D. meo Terracinen. in §. I. Monet. de commut. ult. vol. c. 10. sub nu. 478. versic. quoniam & ipse &c. cum aliis relatis per Moder. Roman. dec. March. 188. sub nu. 10. vers. per prædicta & seqq. usque in fin. & per Reverendiss. Barbof. Episcop. Ugentinum, de offic. Episcop. allegat. 75. n. 58. versic. de omnibus locis piis, ac seqq. & alleg. 82. n. 13. versic. sexto infertur cum seqq.

Verum, quia ex pluribus controversiis tum judicialibus, tum extrajudicialibus, & inter dictum Reverendissimum Archiepiscopum, & Magistratum, seu Consiliarios ejusdem civitatis, (quorum primus est alter ex præfatæ dispositionis executoribus) exortis, recusat illius Tribunalis iudicium juxt. Gloff. in cap. cum super Abbatia in figuracione casus versic. tum quia idem Episcopus causam habebat de offic. Jud. delegat. Bart. in tract. de Judic. susp. post med. vers. item si Judices, Rota decis. 2. n. 9. vers. Septimo pro parte istorum p. 2. divers. Qua in re plurimum defertur arbitrio Judicis, qui interdum etiam leviores causas, & prout noverit expedire, admittere poterit, ut respondit Rota in Gerunden. Administrationis 6. Octobr. 1574. coram Robuster. sub n. 1. vers. & materia recusationis, apud Marchef. de commiss. part. 2. fol. 386. & dec. 93. n. 1. vers. & materia p. 1. & dec. 2. n. 1. vers. licet enim, & n. 13. vers. quia in hac materia p. 2. divers. & penes Pen. dec. 542. sub n. 3. vers. nihilominus, & latius in Conversan. Bonor. 15. Decembr. 1632. coram bo. me. Merlino in recent. dec. 165. n. 16. vers. quæ causæ, & seq. per tot. p. 6. Ideo ut iudicium hoc omni (ut de cetero) suspitionis prætextu remoto procedat, atque longiores evitentur circuitus. Domini ad quos vigore & commissionis Signaturæ Sanctiss. D. N. cum clausula, quam, & quas, & toto negotio principali &c. causa etiam super meritis est devoluta juxt. text. in c. ut nostrum de appell. Franch. in c. ut debius sub n. 45. vers. in gloss. pen. eod. tit. Rota dec. 4. de for. compet. in Antiq. & decis. 3. de Appellat. in nov. & penes Verall. dec. 152. p. 1. & sæpe in aliis. Censuerunt altera, in quem partes consenserint deputandum, vel alia ex officio eligendū, coram quo cum interventu ministri ipsius Reverendissimi Archiepiscopi exhibitæ, redditæque rationes prædictæ ad hoc Sacrum Tribunal remittantur, ut si quæ ex eis oriatur, ac superfit dubitatio & congruo Juris ordine decidatur, prout in his terminis fuit resolutum, in dict. Uladislavien. Administrat. 30. Maii 1646. coram Reverendiss. Tarracinen. ubi in §. nec obstat quod Episcopus &c. respondetur Decretum Sac. Concil. d. sess. 24. de reform. c. 10. vers. nec in his &c. non habere locum, quando proceditur in forma iudicii, sed tantum in ipso actu visitationis, \* ac correctionis morum, qui est casus in eo decisus, ut pluries declaravit Sacra Congregatio Eminentissimorum illius Interpretum ibidem, relat. & per Modern. Roman. dict. decision. March. 188. n. 3. versic. non obstat & sequent. Barbof. de offic. Episcop.

Episcop. d. allegat. 73. sub num. 38. vers. Episcopus visitans.

Placeret tamen summopere, ac Christianæ Religionis, quam civitas ista insignis piissime proficitur, maxime congruum, & collaudandum esset, quod omnes Prælatum, ac Pastorem suum, qui Christi imaginem præ se fert, & vices gerit Apostolorum, in Ecclesia ipsi, divina ordinatione concedita, humili venerentur obsequio, piaque hujusmodi ejus mandata ad salutem animarum, & conscientia tranquillitatem, divinique cultus decorem intenta, reverenter suscipiant, \* memores ejus quod S. Augustinus (cujus sacra ossa olim ibi quieverunt, ac nonnulla etiam adhuc veneranda monumenta servantur) scripsit in libr. Vet. & Nov. Testam. sub n. 35. vers. & cum aliqui &c. & sanct. mem. Anacle. Pap. in 2. Epist. ad Episcop. Italiae relat. in cap. 2. vers. ipsis quoque decedentibus distinct. 21. & Gregor. VII. in cap. quis dubitet 96. distinct. ac Clem. III. in cap. omnes Principes de major. & obed. & in aliis pluribus Sacra Scripturæ, & Conciliorum, ac Canonum locis frequenter legitur, relatis etiam per Joan. Franc. Leon. in d. Theaur. for. Eccles. lib. 1. c. 11. n. 28. vers. nam Sacerdotes Christi & seqq. & Barbof. de Univ. Jur. Eccles. lib. 1. c. 8. n. 52. vers. de illo autem, & cap. 12. à num. 2. vers. in primis enim cum seqq.

Ut ille quoque sedato animo placidius valeat (quod jumentis servatur) prout exhibita Eminentissimorum PP. Sac. Concil. Interpretum litteræ ad eum exaratae contestantur) vino, & oleo laucios \* curare, prout admonet D. Gregor. in Moralib. lib. 19. cap. 12. & in Pastoral. p. 2. cap. 6. col. fin. vers. Sed erga subditos, & B. Isidor. in cap. omnes 45. distinct. ac Sac. Concil. Trid. sess. 13. de reformat. c. 1. & alibi.

Et ita fuit conclusum, utraque parte informante, &c.

## DECISIO XLIX.

R. P. D. MELTIO.

Romana hæreditatis de Toscanellis.

Luna 31. Maii 1649.

## SUMMARIUM.

- 1 Sorores æqualiter succedunt.
- 2 Monasterium excluditur ob renunciationem amplissimam Monialis.
- 3 Renunciatio, præmortuo renunciatario, resolvitur. Declara, ut n. 4. Facta per Monialem non censetur, favore agnationis, n. 6. & 7. Quando dicitur realis, n. 10. & II. Quando successione ab intestato comprehendat? num. 12.
- 5 Verba pro se, suisque, capiunt etiam extraneos.
- 8 Renunciacionis causa una cessante, non cessat effectus.
- 9 Femina, etiam nupta, conservat agnationem.
- 13 Dispositio clara, nullam voluntatis questionem admittit.
- 14 Renunciatarium, non disponendo de bonis, censetur vocare renunciantem. Declara ut n. 15.
- 16 Læso non consideratur, in renunciacionibus ex causa ingressus in Religionem, factis.
- 17 Solemnitates, ex quibus dicantur observatae. Statuti laicorum, non requiruntur in contractibus gestis cum Ecclesiastico, n. 18.
- 19 Mantentio datur hæredi, ex statuto, continuante possessionem defuncti.

Defuncto, ab intestato, Marco Antonio Toscanella, supersticibus duabus filiis foeminis nempe Domina Constantia, & Maria Virginia Moniali professa in Monasterio SS. Dominici, & Sixti, in sæculo, Maria nuncupata; orta fuit lis, & controversia, in Tribunali Eminentissimi Vicarii, inter eandem Constantiam, & Moniales dicti Monasterii, venientes ex persona ipsius Mariæ Virginis, super successione, in bonis hæreditariis dicti quondam Marci Antonii, prætendente utraque parte mantentionem, in illorum possessione; & in utroque judicio, tam possessorio, quam petitorio, Moniales succubuerunt, dum emanavit sententia, per quam declaratum fuit, nullum jus nullamque actionem, ex persona dictæ Mariæ Virginis, illis competere posse, super dicta hæreditate, ut ex sententia data in sum. prima positione Constantia num. 3. Devoluta postmodum causa ad Rotam, per appellationem à dictis Monialibus interpositam, fuit, sub die 13. Junii anni 1646. disputatum dubium: an, & cui dandum esset mandatum, de manteniendo, sed DD. nulla, super hoc, capta resolutione, ordinarunt, quod videretur, super bono jure, ad effectum mantentionis. Quo dubio sub hac die proposito, ad favorem Constantiæ fuit responsum: Nam, licet Maria Virginia pro æquali successione, & cum Constantia, sorore, in bonis communis Parentis, ab intestato, defuncti, habeat intentionem fundatam, in dispositione Juris, juxta text. in l. res nob. §. hoc etiam in fine C. de Episc. & Cleric. prout etiam dictum fuit in Bononien. hæreditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram bo. mem. Merlino penes Modern. de legiti. decis. 47. num. 1. & seqq. stante tamen renunciatione, amplissimis verbis, per eam facta, ante emissam professionem, de omnibus bonis, & actionibus paternis, maternis, fraternis, & avitis, ad favorem patris stipulantis pro se, suisque, ut ex instrumento dictæ renunciationis summario Constantia num. 1. adeo remanet exclusa, ut Monasterium, ex ejus persona, in aliquo succedere non valeat, ad text. in c. si qua mulier 19. quæst. ult. & tradit Didac. in relect. c. quamvis pactum part. 3. qu. 3. sub nu. 4. vers. sæpe si pater, & vers. octavo quoties ad pactum in 6. Peregrin. consil. 44. sub nu. 16. vers. circa autem successione lib. 5. Alex. consil. 29. lib. 3. per tot. Menoch. præsumpt. 147. à nu. 7. vers. tertius est casus, & seqq. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 568. à nu. 18. cum seqq. & firmavit Rot. in Victorien. bonorum 2. Maii 1614. coram bon. mem. Manzanedo in recent. decis. 587. nu. 9. vers. & ex his, & per tot. part. 1. coram Buratt. decis. 310. num. 5. vers. quo verò ad Margaritam cum seq. & latius in Maceraten. pecuniaria 20. Junii 1644. coram R. P. D. meo Ortoobono in princ. & in Romana fideicommiss. de Cosciaris 16. Martii 1648. coram R. P. D. meo Corrado in §. firmata igitur vocatione.

Neque obstat, quod, cum de tempore renunciationis extaret in rerum natura, Curtius filius masculus dicti Marci Antonii, illius contemplatione, & favore agnationis provocata dicitur talis renunciatio, & ut pater liberam sibi pareret facultatem disponendi de dictis bonis, \* quæ ratio cum cessaverit per prædecessum dicti filii sine liberis, ante patrem ab intestato defunctum, cessare quoque debeat objecta renunciatio, l. in omni. ff. de adopt. l. bis operibus §. acutis ff. de vocat. & excusat. muner. Bald. consil. 437. col. 2.